

www.e-rara.ch

Explicatio sacrae scripturae

Eschborn, Ludwig

Fuldae, an. 1750-1752

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: Rv 96 - Rv 96: af

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-36044>

Caput XXXIX. synopsis. Iosephus, relicta chlamyde, fugit insidias Dominae suae [...].

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Phares, id est, populus Gentilis, qui prior in fidei lucem respexit, Deoque prior secundum Spiritum natus rupit obstantem maceriam inimicitiarum DEUM inter & hominem, per Christi sanguinem. Ita Rupert, & Cyrill. &c.

Moraliter: Videmus hîc, DEUM Personarum acceptorem non esse. Act. 10. v. 34. cum sæpenumerò, quod in hominum oculis est vilius, in oculis DEI pretiosius; & quod in Mundo excelsum habetur, coram DEO vile reputetur.

CAPUT XXXIX.

Synopsis.

Iosephus, relicta chlamyde, fugit insidias Dominæ suæ; propterea per calumniam innocens conjicitur in carcerem.

V. 1. **I**gitur Ioseph ductus est in Egyptum, emittiturque eum Putiphar Eunuchus Pharaonis, & Princeps exercitus, Vir Egyptius, de manu Ismaëliitarum, à quibus per ductus erat. 2. Fuitque Dominus cum eo, & erat Vir in cunctis prosperè agens: habitavitque in domo Domini sui. 3. Qui optimè noverat, Dominum esse cum eo, & omnia, quæ gereret, dirigi in manu illius. 4. Invenitque Ioseph gratiam coram Domino suo, & ministrabat ei, à quo prepositus omnibus, gubernabat creditam sibi domum, & universa, quæ ei tradita fuerant: 5. Benedixitque Dominus domui Egyptii propter Ioseph, & multiplicavit,

tama

tam in adibus, quàm in agris cunctam ejus substantiam: 6. Nec quidquam aliud noverat, nisi panem, quo vescebatur. Erat autem Joseph pulchrâ facie, & decorus aspectu. Ita Putiphar omnia commiserat Josepho, nullius porro domesticæ rei ut ipse curam gereret, sed curis vacuus mensæ accumberet, iisque frueretur lætus, quæ Joseph procurârat. Hoc phrasis illa: Nec quidquam aliud noverat, nisi panem &c. significat. ita S. Ambros. DEUS enim, qui diligentes se diligit, uti Iosephum servavit domi: ita nec peregrè destituit. Hinc in rebus omnibus secunda omnia; hinc gratia, & benevolentia Putipharis, famuli sui prudentiam, fidemque admirantis; & domûs ei totius administrationem committentis, emolumentô tantô, ut maxima fieret quotidie ad bona sua accessio, crescente domi familiâ, supellectile, pecuniis: foris autem pecoribus, villis, frugibus.

Erat autem Joseph pulchrâ facie, & decorus aspectu. Pulchritudo DEI donum est, & quidam infinitæ illius pulchritudinis radius, quæ in DEO ipso refulget. De quo argumento fusiùs S. Aug. l. 15. de Civ. DEI. c. 22. Et S. Chrys. homil. 1. in ps. 50. Mirificè in Iosephum cadit, quod sapientissimus Princeps ac vates Job suæ voluit filiæ proprium: Vocavit nomen unius (filiæ) Diem. Iobi 42. Et quid ita? Quia non sunt inventa Mulieres speciosæ, sicut filia Job, in universa terra. Ibid. Sicut

Sicut enim è suavitate lucis , ac *dies* serenæ radiis pulchritudo Cœli efflorescit: ita è suavitate coloris & aptâ membrorum compositione venustas humana consurgit. Et sicut *Dies* sine fūco ac stibio pulcher est ipse per se, *nativo lumine formosus* : ita illa sine cerussa, cœterisque pigmentorum mendaciis , naturali splendore clarissima inter omnes resplenduit. Talis & *Josephum* pulchritudo illustrabat, cui animi pulchritudo interna respondebat multò illustrior. Sed

O! oculi , O! oculi in scopulos deducitis altos!
Absque oculis, credo, plura videre licet.

O! nihil tutum in rebus humanis ! nihil ab omni parte beatum ! Hæc ipsa Iosephi elegantissima species, gratior & pulchro veniens in corpore virtus , irritamento Domina ejus impudici amoris fuit. Illa (ut refertur ad v. usque 19.) post multos dies, annos circiter undecim, liberius, quàm castam decebat, oculos in Adolescentem conjicere, & veluti raptis in fomite igniculis, dolosum æquè ac impurum in venis ignem alere; mox captare tempus, quo sine arbitris posset, quem deperibat, invitare ad flagitium. Primus hic assultus erat, quo castissimi Juvenis petebatur integritas, quem tamen paucis illis, sed generosis verbis feliciter repressit: *Ecce Dominus meus* (Putiphar) *omnibus mihi traditis, ignorat, quid habeat in domo sua: nec quidquam est, quod non in mea sit potestate, vel non tradi-*
derit

derit mihi, præter te, quæ uxor ejus es: Quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in DEUM meum? v. 8. & 9. O justissimum! O gratissimum! O sanctissimum Adolescentem! qui nec in Herum sibi tam æquum ac benevolum injustus, nec in beneficum ingratus, nec in DEUM ubique presentem, omnia cernentem, omnia judicantem, esse injuriosus ac impius sustinuit! Quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in DEUM meum?

Repulsâ hâc nihil territa Josephi non jam Domina, sed serva, aut servi potius mancipium, per singulos dies molesta erat Adolescenti v. 10. Et quid non illa stygia fax molita est? Juvat audire S. Chrysostomum Serm. de Joseph. aureo orationis flumine ita differentem: Enimverò Juvenum perdere cum studeret, omnia, quibus oculi Juvenem irretiri ac falli possunt, tentabat: dum vultum, quasi pratum quoddam, multiplici varietate decorabat; fucoruborem genis, cerussâ fronti candorem allinebat, oculos stibio pingebat; monilibus aureis collum, & manus exornabat; molles suas vestes variis imbuebat unguentis; lethi denique laqueus erat ad Juvenem per omnes sensus, ut existimabat, fallendum: cum oculos quidem ornatûs illecebris, aures verò adulationum præstigiis irretiret, odoratum unguentis fascinaret. Sed vide, quæso, generosi Athletæ fortitudinem: sic enim arbitror, permisisse DEUM, ut tentatio pue-

ro inferretur, quæ simul & latentem in Juvene virtutem patefaceret, & vitam ejus Ecclesiæ, tanquam maximam quandam sapientiæ scholam, relinqueret. Considera ergo generosi Athletæ fortitudinem, quam multa essent, quæ eum oppugnarent: juvenilis ætas ei sua bellum inferebat; libido titillabat interiùs; exteriùs oppugnabat Mulier, promissis blandiens, terrens minis. &c. Sed nihil horum eum poterat superare. Nam neque adulationibus emollitus habenas remittebat; neque promissis inflatus castitatem negligebat; neque minis perterrefactus virtutum divitias prodebat: sese corpùsque totum pudicâ cogitatione frenabat. Irritata juvenis tum verecundiâ, tum constantiâ Venus, manus tandem recusanti injicit, ad facinus ut vel invitum pertrahat. Nunc itaque nunc amoris ac pugnae ardor in plenum erupit incendium. Velitarum hæctenus; nunc aut vincendum, aut moriendum. Spectat luctum de cælo DEUS, ac turba Angelorum: incitant è styge Ægyptiam Asmodæus, ac turba Diabolorum. Angeli coronas Josepho neceiebant: Ægyptiæ Dæmones libidinis pabulum proponebant: nam Ægyptiæ favebant stygii: cum Josepho Angeli conspirabant. Uter victoriam obtineret, multâ contentione certabatur: multum de Josepho solliciti erant Angeli: multum de Ægyptia sperabant Diaboli. *Hæc Chrysostomus.*
Vicit,

Vicit, V
conferen
Lena
licto, fa
jacturam
morem
modi at
Non dix
reus,
Pater, c
Nemo p
fionem f
se victor
fidat.
V. y
nibus ju
Domel
inde a
mas int
tentati
sæ integ
batur) ag
V. 19
C. 19
valde: 20
vultu Reg
Credidit
decem ig
gumentis
tur. O!

Vicit, Vicit tandem Innocentia, non manus conferendo, sed fugiendo; pallio etiam, quod Lena prehenderat, in manibus nefariis relictò, famæ eligens, quàm innocentia, subire jacturam. O! fortunatissimam fugam! ô timorem gloriosissimum, sine quo qui in ejusmodi arenâ belli decertat, securus est nemo! *Non dixit Joseph, præclare pergit Orator aureus, non dixit Joseph: Jacob, qui meus erat Pater, cum Angelo luctatus est; & ego tecum audacter luctabor. Non ita, non ita, sed statim fugit. Nemo proinde, quisquis ille sit, sine occasionum fugâ, in hac inquinata terra evasurum se victorem, aut permansurum illibatum, confidat.*

V. 13. *Cùmque vidisset Mulier vestem in manibus suis, & se esse contemptam, primò apud Domesticos Innocentem infamiâ onerat; deinde ad Maritum cum pallio accurrit, lacrymas inter & questus famulum in crimen intentati sceleris vocat, in testimonium defensæ integritatis, erepta violento (sic calumniabatur) aggressori spolia ostentat.*

V. 19. *His auditis Dominus (Putiphar) & nimium credulus verbis Conjugis, iratus est valde: 20. Tradiditque Joseph in carcerem, ubi vincti Regis custodiebantur, & erat ibi clausus. Credidit inconsulta temeritas Mulieri; Reo decem ipsis annis exploratæ probitatis argumentis suffulto, locus respondendi non datur. O! quot Innocentes etiamnum ubique*

gemunt, quia non auditi, indictâ causâ dam-
nati sunt! Cùm tamen Jura clamitent: *Au-*
diatur & altera pars! Interea Joseph inno-
cens in vincula conjicitur, qui Domino,
quàm Dominæ, obsequentior, servili com-
pede, quàm herili complexu constringi, car-
cerémque subire maluit, quàm mereri. Opus
nimirum erat iis, qui versabantur in tenebris,
lucernâ; Largitore frumenti Esurientibus;
portu iis, qui tempestate jactabantur; Ægris
Medico. *Et erat ibi clausus, alterâ jam vice*
ante mortem sepultus.

V. 21. *Fuit autem Dominus cum Joseph, &*
misertus illius dedit ei gratiam in conspectu Prin-
cipis carceris: 22. *Qui tradidit in manu illius*
universos vinctos, qui in custodia tenebantur: &
quidquid fiebat, sub ipso erat, 23. *Nec noverat*
aliquid, cunctis ei creditis: Dominus enim erat
cum illo, & omnia opera ejus dirigebat. Eâdem
apud Principem carceris, quâ apud Putipha-
rem, gratiâ florebat Joseph. Ita nihil ama-
bilius virtute, quæ vel in vinculis, ac squalo-
re carceris amatur, & summâ cum venera-
tione colitur. Ita *Innocentia* in ipsis etiam ca-
tenis libera est. Ita *magnum cor* magnum est
Regnum, & animus suus ipseus Rector ac Do-
minus non eget Subditis, ut Princeps sit.

Allegoricè: Joseph est *Christus*, qui innocens
à Juda, Judæisque traditus, compactus in vin-
cula, sepulchro demum, ceu carceri, inclusus
est. Verùm *inter mortuos liber à Patre effectus,*

pf. 17. V.
ferorum
& Ruper
goga ma
carum e
ta est Me
putat: q
nuerunt.
cenderat
int mortu
tuorum.

Joseph

V. 1. J

Pythor: D
rao (nar
bus) 3. A
in quo v
sens tradi
Aligantel
tenebantur.
nificat He
rali. Hoc
biennio ca
Unde in l
prellit, q

ps. 87. Vincitorum omnium, atque adeò Inferorum acquisivit dominium. Ita S. Prosper, & Rupertus. Postremò adulterinà quàdam Synagoga manu, veste corporis apprehensus, Christus, carnem exuit, liber mortis ascendit. Calumniata est Meretrix, Synagoga, ubi eum cernere non potuit: quem carcer non terruit, non inferna tenuerunt. Quin etiam, quo veluti puniendus descenderat, inde alios liberavit: ubi ipsi stringebantur mortis vinculis, ibi laxavit ipse vincula Mortuorum. S. Ambros. l. de Ioseph. cap. 6.

CAPUT XL.

Synopsis.

Joseph Pincernarum, & Pistorum Præfecto somnia explicat.

V. 1. **H**is ita gestis, accidit, ut peccarent duo Eunuchi, Pincerna Regis Aegypti, & Pistor, Domino suo. 2. Iratusque contra eos Pharaon (nam alter Pincernis præerat, alter Pistoribus) 3. Misit eos in carcerem Principis Militum, in quo vinctus erat & Joseph. 4. At Custos carceris tradidit eos Joseph, qui & ministrabat eis. Aliquantulum temporis fluxerat, & illi in custodia tenebantur. per annum scilicet: hoc enim significat Hebraicum *jamim*, id est, dies in plurali. Hoc elapso anno, Iosephum adhuc biennio carcer detinuit, uti patebit c. seq. v. 1. Unde in hoc quoque Ioseph Christum expressit, qui tribus diebus in sepulchro, sicut ille